UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Prima Classis. In Qva Avctorvm damnatæ memoriæ Opera edita, &c. V

urn:nbn:de:hbz:466:1-81432

Visual Library

# PRIMA CLASSIS.

IN QVA

AVCTORVM *damnatæ memoriæ Opera edita*, &c.

## V

VALENTINVS Chrencovius, *Ph.*

VALENTINVS Cleſius. *Phil.*

VALENTINVS Epiſcopus.

Theolog. Luther. Auguſt. confeſſ.

VALENTINVS Erythræus.

Lindavienſis, Theolog. & Philolog. Luth. Auguſt. confeſſ.

EIVS *Tabulæ Partitionum Oratoriarum Ciceronis*. Norbergæ, 1575. — Et de *Figuris Grammaticis* Argentorati 1549. permittuntur adhibita nota Auctoris & operis.

EIVSDEM *Enarrationes Ciceronis*, vide verbo, *in omnes M. Tullij Ciceronis orationes*, lit. C. 3. Claſſ.

VALENTINVS Forſterus.

Sive *Valentinus Vvilhelmus Forſterus*. Wirtembergenſis, German. I. C. Luth.

EIVS de *Iuriſdictione Romana*, libri duo. Helmæſtadij, typis Iacobi Lucij, an. 1610.

In prima operis inſcriptione, adhibe Forſtero notam Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſsi.

Poſt Epiſtolam verò Dedicatoriam, expungenda eſt tota vita Valentini Forſteri, quæ incipit, *Vetus, & perhoneſta*, &c.

PARTE 2. OPERIS.

In Annotatione ad *Legem primã Numæ, de Deorum cultu*, titulo, *De quatuor Concilijs univerſalibus*, §. *Tertium genus conſiſtit*, pag. 296. num. 11. ibi, *Quod à Pontifice Romano nunc indicitur*, dele, *nunc*. — Deinde poſt illud, *Fidei Chriſtianæ negotium*, dele uſque ad, *De auctoritate horum Conciliorum* excluſ. — In annotatione ad *Legem II. Numæ, de Sacerdotibus eorumque diviſione*. Titulo *de Eccleſiaſticis functionibus, & muneribus, &c. Poſt cæteri Apoſtoli*, pag. 308. num. 15. poſt illud, *ſibi commiſſum paſcant*, dele uſque ad finem §. — Deinde expunge totum ſequentem §. qui incipit, *Paulò poſt, ne ambitione, &c.* — Ibidem §. *Hi*, fuere ordines pag. 311. n. 23. dele totum §. & alium immediatè ſequentem §. uſque ad §. *Hic Caius Pontifex fugiens*, excluſ. Dele etiam vocem, *Hic*. — Ibidem §. *Poſtremo acceſſit*, pag. 314. num. 33. poſt illud, *Cardinalium dignitas*, dele uſq; ad, *Cuius dignitatis quanta ſit*, excluſ. — Ibidem §. *Hæreticum definiunt*, pag. 319. num. 6. poſt illud, *D. Auguſtinus in lib. de Hæreticis*, dele uſque ad finem §. *Ad num. 7.* excluſ. — In Annotatione *ad Legem tertiam, de Privatorum iure*. Titulo *de Iuramento fidelitatis, ſubiectionis, & ſecuritatis*, §. *Hoc loco obſervandum*, pag. 456. num. 137. dele totum §. ac deinceps dele ſex alios immediatè ſequentes §§. uſque ad §. *Secunda ſpecies iuramenti*, excluſ. qui eſt pag. 460. num. 143. excluſ. — In Annotatione ad *Tertiam legẽ decem-viralem, Cadaver ne ungito, &c.* §. *Exemplo Ethnicorum etiam primitiva Eccleſia*, pag. 556. ad finem, expunge verba illa, *Exemplo Ethnicorum etiam*. — Ibidem §. *Cæperunt & imagines*, pag. 557. num. 37. dele totum §. — In Annotatione *ad legem IX. Numæ, de homicidio*. ſectione 6. pag. 673. n. 2. poſt illud, *Eum è medio tollere*, dele uſque ad §. *In eam rem afferri*, excluſ.

Ex Indice, dele, *Epiſcoporum electio fuit etiam apud Reges*, &c.—*Imagines Sanctorum cur erigantur?* — *Ius eligendi Pontificem, præter Carolum*, &c.

EIVSDEM de *Hiſtoria Iuris Romani*, libri 3. Hemlſtadij anno 1610. typis Iacobi Lucij.

In prima operis inſcriptione, adhibe Auctori notam damnationis, & permiſsionis operis. — Lib. 3. cap. 41. §. *Annas*, *Burgius*, pag. 704. num. 10. poſt illa verba, *Conſiliarius Regius factus*, dele uſque ad, *Pariſijs in profecto*, excluſ.

Item eiuſdem de *Hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur*, libri novem, *&c.* Moguntiæ, excudebat Balthaſarus Lippius, anno 1607.

Adhibe in prima operis inſcriptione, notam Auctoris damnati, & operis permiſsi.

Poſt Epiſtolam Dedicatoriam, deleatur totum carmen cū inſcriptione, quod incipit, *Vt natis genitor, &c.* — In indice argumentorum, ſeu capitum, &c. qui operi pręfigitur, cap. 5. dele, *lib. 6. Falſam eſſe quoque communem opinionem, qua adſeritur*, &c. — Ex Opere, lib. 6. cap. 3. num. 1. pagin. 365. col. 2. ante medium, poſt illud, *& adulterij cauſa permittuntur*, dele uſque ad, *Sic & in pleriſque Chriſtianorum*, excluſ. — Totum caput quintum, quod incipit, *Quemadmodū Iuſtinianus*, *&c.* pag. 367. col. 1. omnino expungatur cum arguméto, & Summarijs. — Cap. 34. pag. 422. tota Quæſt. prima, quæ incipit, *Dubitari ſanè non incommode, &c.* omnino expungatur. — Eodem cap. Quæſt. 2. n. 10. §. *Apertè igitur*, pagin. 423. col. 2. propè medium, poſt illud, *ſed ubicumquè terrarum ſint*, dele uſque ad, *legitimos reddere poſſe*, excluſ.—Eodem cap. Titulo, *Imperator an legitimare poſsit*, Quæſt. 2. num. 29. pag. 427. col. 2. dele ab initio Quæſtionis, uſque ad §. *Quæri igitur nunc poteſt*, excluſ. — Lib. 7. cap. 9. num. 18. §. *Ex quo Panormitanus*, pag. 507. col. 1. ante medium, dele totum §. uſque ad §. *Caſta enim*, excluſ.

Alia verò eiuſdem opera Iuridica de *Donatione.* Wittembergæ 1601. — *Inſtitutiones* 1599. — *Tractationes Iuſtinianeæ* 1600. De *Iudicijs* 1608. *Obſervationes ſucceſsivæ* 1609. — De *Pactis* 1603. *Paratitla* in quatuor libros Pandectarum permittuntur cum ſuis notis.

VALENTINVS Gentilis.

Italus Calvini diſcipulus.

EIVS libri necnon, & ipſe à Calvino Genevæ exuruntur.

VALENTINVS Francus, I.C.

VALENTINVS Trocedorfius.

Seu *Valentinus Fridlandus Trocedorfius*, Theolog. Luth. Auguſt. confeſſ. Profeſſor Glodbergenſis.

VALENTINVS Greſſerus.

VALENTINVS Heiland.

VALENTINVS Hellopæus.

Theolog. Calvin. Zuinglian.

VALENTINVS Heſenerus.

VALENTINVS Hieronymus de Cantoral, P.

VALENTINVS Merckel.

German. Theolog. Luth.

VALENTINVS Schachtius.

Seu *Schachlius*, German. Theol. Lutheran. Auguſtanæ confeſſionis.

VALENTINVS Schindlerus.

Seu *Schmidlerus*, Theologus Luther. Aug. confeſſionis.

EIVS Lexicō Pentaglottum, Hebraico-Chaldaicū, Syriacum, Thalmudicum, Rabbinicum, Arabicum, *&c.* Collectum & concinnatum à Valentino Schindlero Oderano, *&c.* Francof. ad Mœnum, typis Ioannis Iacobi Hennei, 1612.

In prima Operis inſcriptione, poſt illud, *quondam Profeſſore*, adde, *Auctore damnato.* — Item, poſt illud, *Biblijs Regijs collatum*, dele uſque ad, *in lucem editum.* — Et poſt vocem, *editum*, adde, *prohibitum, cum expurgatione tamē permiſſum.* — Poſt operis inſcriptionem dele totam Præfationem Ioh. Rulandi ad lectorem, cuius initium, *Studij noſtri, quod rei litterariæ, &c.* finis vero, *cum fructu fæliciter utere.* — Deinde expungatur totum Procemium Ioan. Caſelij, cuius initium, *Et ſapientiſsimum patrem &c.* cum inſcriptione, & ſubſcriptione. — Et poſt Procemium, deleatur totum poëma Hebraicum Gualtheri Keuchenij, cum inſcriptione, & ſubſcriptione. — In radice, *Abah*, column. 10. §. *Apud Iudæos*, ibi, *Contra in Monaſterijs Abbas*, dele vocem, *contra.* — In radice, *Adam*, col. 26.

§. Pr-

INDICI Librorum PROHIBITO E. V. =4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*§. Propr. Adam*, poſt illud, *Hier. Edom.* dele uſque ad, *Maſius. Quid in*, excluſ. — In radice, *Abal*, colum. 32. §. *II. Plural.* poſt illud, *Hier. & Pagn. ut tabernacula*, dele uſque ad, *Germanice*, excl. — In radice, *Avab* col. 36. §. III. poſt illud, *collium æternorum*, dele uſque ad, *Num.* 34. *verſ.* 10. — In radice, *Azam*, col. 51. §. *Nom. Subſt.* poſt illud, *qui eſt in Ieruſalem*, dele uſque ad, *Ioſ.* 8. *verſ. ult.* — In radice, *Anaph*, colum. 99. verſus finem, §. *Non pro*, poſt illud, *accepit, pro ira*, dele uſque ad, *Germ. vor deine*, excl. — In radice, *Anas*, colum. 100. à medio, poſt illud, *Lat. hominis*, dele uſque ad, *Fœm. deſperata*, excluſ. — In radice, *Ererts*, colum. 123. in medio, ibi, *teſtatur auctor Epiſtolæ ad Hebræos*, pro, *Auctor Epiſtolæ*, ſcribe, *Paulus.* — In radice, *Aſam*, columu. 132. §. II. *eſt*, ibi, *Hoſiander, rei erunt*, dele, *Hoſiander.* — In radice, *Cun*, colum. 169. liter. B. poſt illud, *Hieronymus, mugierunt*, dele uſque ad, *Eſther* 3. *verſ.* 15. excluſ. — In radice, *Gobh*, columu. 291. liter. C. poſt illud, *cornu ferijt*, dele uſque ad, *Mich.* 4. *verſ.* 10. excluſ. — In radice, *Galahh*, colum. 317. liter. C. poſt illud, *raſus*, dele uſque ad, *Plur.* excluſ. — In radice, *Gamal*, colum. 322. D. poſt, *in Oriente tenuiores homines*, dele uſque ad, *Syriacè, Bákah*, excluſ. — In radice, *Iaral*, colum. 336. D. ibi, *loquitur Auctor Epiſtolæ ad Hebr.* pro, *Auctor Epiſtolæ*, repone, *Paulus.* — In radice, *Dod*, col. 371. A. poſt illud, *uberum non convenit*, dele uſque ad *Proverb.* 7. *verſ.* 18. excl. — In radice, *Damam*, col. 397. E. poſt illud, *Fuit in terra ſancta*, dele parentheſim, uſque ad, *Ariſtoteles in quadam*, excluſ. — In radice, *Daſan*, col. 415. E. poſt illud, *LXX. pingueſiat*, dele uſque ad. *Vulgatus, pingueſiat.* — Et poſt hoc verbum, *pingueſiat*, dele uſque ad, *Aliàs, decineravit*, excluſ. initio colum. 416. — In radice, *Hhacah*, col. 569. B. poſt illud, *fauces, faux*, dele uſque ad, *II. Arab*, excl. — In radice, *Hhazar*, col. 620. B. poſt illud, *Hieron. egeſtas*, dele uſque *Chald. Geneſ.* 34. excluſ. — In radice, *Laghag*, col. 651. B. poſt, *iraſcentes ipſi*, dele uſque, *Syr. Matth.* 12. *verſ.* 19. excl. — In radice, *taſaph*, colum. 699. E. poſt, *ſunt abuſi Iudæi*, dele uſque, *In Novo Teſtamento*, excl. — In radice, *Iacal*, col. 725. D. poſt, *h. e. Iſraëlitis ſolis*, dele uſque, *Chald.* excl. — In radice, *us*, col. 780. B. poſt, *lege impudentem*, dele uſque, *Quia autem ſequitur*, excl. — In radice, *Iatſa*, col. 785. A. poſt, *& non revertebatur*, dele uſq; *Et ex hac mala verſione*, excl. Et dele vocem, *mala.* — In radice, *Iaſab*, col. 813. E. poſt illud, *Sede Ieruſalem*, dele uſque, *Geneſ.* 49. *verſ.* 24. excl. — In radice, *Iaſan*, col. 817. E. poſt illud, *dormientium, murmurans*, dele uſque ad, *Al. mortuorum*, excluſ. — In eadem radice, columu. 818. B. poſt illud, *Cai ypnoſuſen*, dele uſque ad, *Iun. dormiant*, excluſ. — Deinde poſt illud, *& ſecuri dormient*, dele uſque ad, *acceperunt ſignific. prima.* — Et poſt vocem, *prima*, dele uſque ad, *& habitabunt in deſerto*, excluſ. — In radice, *Calah*, colum. 866. E. poſt illud, *perſequi Abſalonem*, dele uſque ad, *acceperunt ſignificatione*, excl. — In radice, *Carah*, col. 895. D. poſt illud, *Ex prima ſignificatione*, dele uſque ad *ſequitur verſ.* 13. excluſ. — In radice, *Lahhahh*, col. 940. A. ibi, *Hoſiander, maxilla eius*, dele, *Hoſiand.* — In radice, *Lakahh*, colum. 656. E. poſt illud, *& non inveniebatur*, dele uſque ad, 2. *Reg.* 2. *verſ.* 5. excluſ. — In radice, *mohh*, colum. 986. C. poſt illud, *in futurum convertitur*, dele uſque ad, *Proverb.* 19. excluſ. — In radice, *Mahah*, colum. 1015. E. ibi, *Interrogativum de perſona, ſicut*, dele, *de perſona.* — Deinde poſt illud, *Hebræiſmo, quis?* dele uſque ad, *eo, quod ſequitur*, excluſ. — In radice, *Mazam*, colum. 1020. B. poſt illud, *pro tributo*, dele uſque, *Iob.* 9. excluſ. — In radice, *Naca*, col. 1079. A. ibi, *Hoſiand. filij eorum*, dele, *Hoſiand.* — Et poſt vocem, *eorum*, dele uſque ad, *acceperunt pro*, excl. — In radice, *Nohh*, col. 1089. E. poſt illud, *quievit*, dele uſque ad, *Exod.* 10. excl. — In radice, *Natſah*, col. 1150. C. *Hitſith ſuccendit*, dele uſque, *NOM. natſim*, excl. — In radice, *naſa*, col. 1165. E. poſt illud, *cum puncto ſiniſtro*, dele uſque, 2. *cum vel*, excl. — In radidice, *Zahah*, col. 1190. C. poſt illud, *unam accubitu ſuo*, dele uſque ad, *R. S.* excluſ. — In radice, *Zur*, columu. 1208. D. poſt illud, *in ollis ferventibus*, dele uſque ad, *Targum*, excluſivè. — In radice, *Zaphar*, columu. 1238. E. poſt illud, *LXX. proſetecan addiderunt*, *q.* dele uſque ad, *Geneſ.* 24. excl. — In radice, *Ghets*, col. 1287. C. poſt, *deducens ab*, dele uſque ad, *Ier.* 4. 6. excl. — In radice, *Ghazaz*, col. 1292. D. poſt, *ſignificatione præcedenti*, dele uſque, *Verb. Ghazan*, excl. — In radice, *Ghazaz*, col. 1302. E. poſt, *LXX. Caitheon maozin*, dele uſque, *Eſai* 23. *verſ.* 10. *ut perdat*, excl. — In radice, *Ghalal.* col. 1315. D. poſt illud, *exactores ſui ſpoliaverunt*, dele uſq; ad, *Acceperunt pro verbo*, excl. — In rad. *tſathar*, col. 1409. C. poſt illud,

*Athoth tempora*, dele uſque ad, *Rabb.* excl. — In radice, *phaa*, col. 1416. C. poſt illud, *pro*, dele uſque ad, *Rabb.* excl.—In radice, *phahhah*, colum. 1423. D. poſt illud, *Hiero. toto ore*, dele uſque ad, *Præcedit*, *Syri*, excl. — Deinde poſt illud, *Philiſthæi ab Occidente*, dele uſque ad, 2. *Reg.* 10. *verſ.* 21. excl. — In radice, *pharanah*, col. 1482. E. poſt illud, *explicatio confirmatur*, dele uſque ad, *Pharap.* excl.—In radice, *Ghaha*, col. 1512. A. poſt illud, *ornatus eorum*, dele uſque ad, *Acceperunt pro*, excl. — In radice, *tſadak*, col. 1520. D. poſt illud, *qui impius eſt*, dele uſque ad, *Sic*, excluſ. — In radice, *Kalah*, col. 1649. A. poſt illud, *Hieron. Vocavit nos* dele uſque ad, 2. *Sam.* 18. excl.—In radice, *Karah.* col. 1652. C. poſt illud, *Lat. in medio ipſorum*, dele uſque ad, *Praterea, Iob.* 38. *verſ.* 23. excl. — In radice, *Laah*, col. 1673. B. poſt illud, *Hieron. timentes*, dele uſque ad, *Niphal.* excl.—In eadem radice, col. 1675. A. poſt illud, *Accepit pro viſus*, dele uſque ad, R. *Abb.* excluſ.—In radice, *radad*, col. 1699. D. poſt illud, *applaudebant manibus ſuis*, dele uſque ad, *Syr. Iob.* 7. *verſ.* 38. excl. — In radice, *rarah*, col. 1700. A. poſt illud, *ſomno oppreſſus*, dele uſque ad, *Piel.* excluſ.—In radice, *iaghab*, col. 1752. D. poſt illud, *uxorem proximi ſui*, dele uſque ad, *Iunius*, *mali*, excluſ. — In radice, *Siſan*, col. 1778. D. poſt illud, *in Concilio Moſis*, dele uſque ad, *Syr. Matth.* 6. excluſ. — In radice, *Saal*, col. 1782. B. poſt illud, *quaſi ſtratum hominis*, dele uſque ad, *Deinde Seol*, excluſ. — In radice, *ſahabh*, col. 1800. D. poſt illud, *Vulg. requieſcent*, dele uſque ad, *Levit.* 26. *verſ.* 35. excl. — In radice, *Sohh* col. 1823. B. poſt illud, *arborem quæ erat ibi*, dele uſque ad, *Iob.* 12. *verſ.* 8. excluſ. — In radice, *Sacal*, col. 1854. E. poſt illud, *Latin. interfectoris*, dele uſque ad, *Hoſ.* 9. *Da illis*, excluſ.—In radice, *ſamal*, col. 1885. A. poſt illud, *Hieron. cuſtodiam*, dele uſque ad, *legerunt*, excluſ. — Deinde poſt illud, *ſimilem figuram*, dele uſque ad, *NOM. Rabb.* excluſ.—In radice, *ſana*, colum. 1902. D. poſt illud, *odit*, dele uſq; ad, *Arab. ſana odit*, excluſ. — In radice, *Saphahh*, col. 1921. E. poſt illud, *lege propinquos*, dele uſque ad, *Ier.* 33. *Duæ*, excluſ. — In radice, *thavah*, colum. 1965. B. poſt illud, *& impingebant in oſtia portæ*, dele uſque ad, *HIPh. Pſ.* 78., *verſ.* 41. excluſivè. — In radice, *thahhah* col. 1969. quæ errore eſt 1699. G. poſt illud, *reſiſtere poſſumus voluntati*, dele uſque ad, *Eſai.* 46. *Et poſuerunt*, excl.

Ex Catalogo Omnium Fere Auctorum, qui in hoc Dictionario citantur, dele.

*Hoſiander.—Lutherus.*

Eiusdem *Schindleri inſtitutionum Hebraicarum*, libri quinque. Wittemberg. excudebat Ioannes Crato, 1579. Wittembergæ, 1596.

Præfigenda tamen initio nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſsi.—Deinde ex Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Valde Iudæi prædicant*, &c. pag. 3. poſt initium, & illa verba, *tradi curaret*, ab illo §. incluſivè, *Nos vero*, &c. dele tres paginas, uſque ad initium quartæ, quę incipit, *Hunc igitur*, excluſ.

Item, *Sylva quinque linguis Vocabulorum ab Henrico Decimatore primum edita*, & *ab eodem Schindlero aucta*, *atque à M. Zacharia Palthenio locupletata*, &c. Vide de hac Silva in 1. Claſſ. *Henrici Decimatoris Sylvæ.*

Eiusdem *libri quinque inſtitutionum Hebraicarum*, expungēda Dedicatoria ad Ducem Saxoniæ, & in titulo appone, Auctor damnatus, opus verò hoc permiſſum.

Eiusdem verò *Compendium Grammaticæ Hebrææ.* Wirtembergæ, 1602. — Et eiuſdem *Inſtitutionum Hebraïcarum*, *libri ſex*, cum libro Maſoret, 1603. corrigendi iuxta præcedentem expurgationem.

Eiusdem verò *Epitome Bibliorum*, edita anno 1580. omnino prohibetur.

Valentinus Schonerus.

Theolog. Calvin.

Valentinus Schreckius.

Seu *Schroechius*, German. Poëta Muſicus Luther.

Valentinus Schmidelerus.

Valentinus Thilo.

De cuius Poëmatis, Vide tomo 6. *Diliciarum Germanicarum*, D. 3. Claſſ.

Valentinus Schonbornus.

Germanus, Poëta, Lutheranus.

Valentinus Trocedorfius.

Seu *Valentinus Fridlandus Trocedorfius*, Theol. Luther. Auguſt. confeſſ. Profeſſor Glodbergenſis.

Valentinus Vannius.

*Malbrugenſis*, ſeu *Malburgenſis*, ſeu *Vanneius*, Germanus Lutheranus.

Va-

INDICI
Librorum
PROHIBITO
E. V.
24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### Valentinvs Weigelius.

Theologus Lutheranus, Auguſtanæ confeſſionis.

### Valentinvs Winſchemius.

Seu *Winsheimius*. Germanus, Theologus. Lutheranus.

### Valerivs Anſelmus Ryd.

Medic.& Hiſtoric.Lutheran.

Eivs *Catalogus annorum, & Principum, &c.* Bernæ, anno 1540. per Matthiam Appiarium.

In ipſa operis inſcriptione, ibi, *D. Valerium Anſelmum Ryd*, adde, *Auctorum damnatum, cum expurgatione permiſſum.* — In Epiſtola Dedicatoria, *Ad Senatum*, pag. 1. verſus finem, poſt illud, *Haud parvo labore*, dele uſque ad, *Perfeci*, excluſ. — Et paulò inferius, poſt illud, *Ferre tutius potui*, dele uſque ad, *Alteram*, & poſt, *Alteram*, dele uſque ad, *Chriſtianiſsimi Francorum*, excl. — Et pag. 2. ante medium, poſt illud, *Et ſtudioſi viri*, dele uſque ad, *Vt cum eorum expenſis*, excluſ. — Et verſus finem, poſt illud, *Poteſt omnibus, hanc ad*, dele uſque ad, *Pacis, & iuſtitiæ*, excluſ. — In Præfatione prima ad Lectorem pag. 4. verſus finem, poſt illud, *Ideo noſter auctor*, dele uſque ad, *Operam ſuam impendiſſe*, excluſ. — Deinde poſt illud, *Qui id*, dele uſque ad, *Præſtare ſtuduit*, excluſ. — Et paulò inferius, ibi, *Biblicam veritatem exquiſitè*, dele, *exquiſitè*. — Et propè finem, poſt illud, *Exactè calleas*, dele uſque ad, *Vale, Bernæ*, excl. — In 2. Præfatione ad Lectorem, pag. 1. ad medium totus §. *Hoc vero quale ſit*, &c. expungatur uſque ad, *Ex his itaque liquet*, excluſ. — Et pag. 2. in medio §. *Idcirco hiſtoria*, &c. poſt illud, *Idcirco hiſtoria*, dele uſque ad, *Tractatur ut poſteros*, excluſ. — Deinde poſt illud, *Auctor noſter*, dele uſque ad, *Factitaſſe videtur*. — Poſt 2. Præfationem, dele totum carmen ad Lectorem in opere, fol. 25. pag. 2. verſus finem, ibi, *Fidelibus quidem*, pro, *Fidelibus*, ſcribe, *bonis*. — Rurſus, ibi, *Infidelibus vero*, pro, *infidelibus*, lege, *malis*. — Fol. 26. p. 1. in fine, *In S. Petro Apoſtolo*, poſt illud, *Confirmata Romam*, dele uſque ad, *Anno Claudij Imperatoris*, excl. — Et pag. 2. ſub initium, poſt illud, *Ieiunium indixiſſe*, dele uſque ad, *Vnde ſuceſſor illis*, excluſ. — Et paulo inferius, *In Lino Papa*, poſt illud, *Tuſcus Linus*, dele uſque ad, *Nudis capite fæminis*, excluſ. — Et in medio, pag. *In Clemente I. Pontifice*, poſt illud, *Mandauit Epiſcopo*, dele uſque ad, *Sacerdotis ſacris*, excluſ. — Et poſt illud, *Teſte decrevit*, dele uſque ad, *Athenienſis Anacletus*, excluſ. — Fol. 27. p. 1. poſt med. poſt illud, *Hic ſis aliter ſenties*, dele uſque ad, *Eleuterius Gr.* excluſ. — Et verſus finem, *In Sothere Papa*, poſt illud, *Et ſemper integra cuſtodita*, dele uſque ad, *Eleutherius Cr.* excluſ. — Eodem folio, p. 2. ante med. *In Victore I.* poſt illud, *Victor I. Apher*, dele uſque ad, *Polycratem ſenem*, excl. — Et paulò inferius, poſt illud, *Sacram communionem*, dele uſque ad, *Præcepto ſubiecit*, excluſ. — Fol. 28. pag. 1. initio, *in Xyſto Secundo*, poſt illud, *Levitam ſuum*, dele uſque ad, *Chriſti pauperibus*, excl. — Eadem pag. 1. in med. *in Euſebio Papa*, poſt illud, *Principum edicto*, dele uſque ad, *illatores Chriſtianorum*, excluſ. — Eadem pag. 1. verſus finem, poſt illud, *à ieiunio reſcidit*, dele uſque ad, *ſed memoratu dignum*, excluſ. — Ibidem paulò inferius, poſt illud, *fervore creviſſe*, dele uſq; ad finem pag. videlicet, uſque ad illud, *Monarchiæ IV.* excl. — Fol. 32. pag. 1. in *Sylveſtro Primo*, poſt illud, *privilegijs acceptis*, dele uſque ad, *Cardinales legit*, excl. — P. eadem ante medium, *in Liberio*, poſt illud, *conſortio*, dele uſque ad, *à Roman. Pontif. integritate*, excluſ. — Pag. eadem in medio, poſt illud, *martyrium pertulit*, dele uſque ad, *ſub id tempus*, excluſ. — Et poſt illud, *Hieroſolymorum Epiſcopus*, dele uſque ad, *fame vrgente*, excl. — Eadem pag. 1. in fine poſt illud, *Conſtantinopoli*, dele uſque ad, *celebratam acceptavit*, excl. — Fol. 32. p. 2. ſub initium, *in Innocentio Primo*, poſt illud, *ſacerdotium negavit*, dele uſque ad, *& ſabbati diem*, excl. — Eadem pag. à medio, *in Cæleſtino Primo*, ibi, *à Theo. Imper. indicta*, pro, *à*, ſcribe, *ſub*. — Eadem pag. verſus finem, *in Leone Primo*, ibi, *Sanctorum ſtatuis*, pro, *ſtatuis*, lege, *imaginibus*. — Fol. 33. pagin. 1. ad finem, in *Conſtantino Imp.* ibi, *indixit, fovit, & approbavit*, dele, *indixit*. — Ibidem paulò inferius, poſt illud, *& approbavit*, dele uſque ad, *S. Paphnutius*, excl. — Fol. 37. pag. 1. ſub initium, *in Hormiſda Pontif.* poſt illud, *combuſtis libris oppreſsit*, dele uſque ad, *Eccleſiarum pacem*, excl. — Ead. pag. 1. ad med. *in Silverio Papa*, poſt illud, *Hormiſdæ, Pontif. filius*, dele uſque ad, *creatus*, excluſ. — Et paulò inferius, *in Vigilio*, poſt illud, *flagris expiravit*, dele uſque ad, *Pelagius I. R. Eccleſiam*, excluſ. — Et dele

quod proximè ſequitur,uſque ad, *Defunctorum ſuffragia*, excluſ. — Eadem pag. 1. verſus finem, *In Pelagio Secundo*,poſt illud, *Sunt exhauſti*,dele uſque ad,*Gregorius Magnus*, excluſ. — Eodem fol. pag. 2. ſub initium,*in Gregorio I.* poſt illud, *Veniarum aſſertor*,dele uſq; ad,*Sacrorũ atque canticorum*, excl.—Deinde,ibi, *Miſſæ ritu conſarcinnato*,dele,*conſarcinnato.* —Et paulò inferius, *in Sabiniano PP.* poſt illud, *Sacris addidit*, dele uſq; ad, *Bonifac. III. R.* Et poſt illud, *Bonifacius III. R.* dele uſque ad,*Bonifacius* IIII. excluſ.—Ibidem ad finem, in *Ioanne* IIII. ibi, *Captivos non agnatos redemit*,dele, *Non agnatos.* — Fol.38. pag. 1. ſub initium,in *Benedicto* II. poſt illud,*Vitæ ſuæ reverentia*,dele uſque ad,*Obtinuit*,excluſ. — Deinde poſt illud, *Deinceps clerus*,dele uſque ad, *Ro. Pontific.* excluſ.—Pag.eadem prope medium in *Conſtantino I. Papa*, ibi, *Quod Sanctorum ſtatuas*,pro,*ſtatuas*, reſcribe, *imagines.* —Et paulò inferius, *in Gregorio* II. ibi, *ſtatuarum perſecutores*, pro, *ſtatuarum*,ſcribe,*imaginum.* — Et verſus fin. *in Zacharia Pont.* ibi,*iure facto*, ſcribe, *ſuo*, —Eodem fol.pag.2.initio, *in Stephano* II. ibi, *Exarchatum alieno Francorum*, dele, *alieno.* —Eadem pag.in medio,*in Adriano* I. poſt illud,*& auxerat*,dele uſque ad,*inſtituendorum in Regno*, excluſ.—Eadem p. in marg. dele, *Ioannes fæmina.* — Fol. 39. pag. 1. poſt initium, *in Sergio* II. poſt illud, *Atque deinceps exegit*, dele uſque ad,*Benedictus* III. *Rex*,excluſ. — Eadem pag. verſus finem,*in Adriano*, III. ibi,*Cleri*, *populique R.* dele, *populique.* — Fol. 44. pag. 1. poſt initium,*in Sylveſtro* II.poſt illud, *Monachus Floriacenſis*, dele uſque ad, *Sergius Ioanne*,excluſ.—Pag.eadem, ante mediũ in *Ioanne* XIX.ibi,*Fidelium animarum quæſtum*,dele, *quæſtum.* — Eadem pag. à medio, *in Benedicto IX.* poſt illud, *in Germaniam præſcripto*, dele uſque ad, *Depoſitus*, excluſ.—Et paulò inferius, in *Damaſo* II. poſt illud, *Damaſus* II. dele uſque ad, *Leo* IX.excluſ.—Eodem fol. pag. 2. ante medium, *in Gregorio* VII. poſt illud, *Virtutis genere laudatur*, dele uſque ad, *Is porro de carcere*,excluſ.—Eadem pag. poſt mediũ, poſt illud, *Strictè mandavit*, dele uſque ad, *Ab Imperatore cum gravi*, excluſ. —Folio 46.pag.2.ſub initium, in *Adriano* IV. poſt illud,*in ſe coacta*,dele uſque ad, *Guilielmum in gratiam*, excl.—Et paulò inferius, poſt illud,*Diris devovit*,dele uſque ad, *Alexander* III. excluſ. —Et ibi, *Atque plus modo fortis*,dele,*plus modo.*—Ibidem dele notam marginalem,*Ex ambitione graviſſima*,&c. — Et paulò inferius, poſt illud, *Pro*[illegible] *erectus*, *Imperatore*,dele uſque ad,*Cum quatuor Schiſmaticis*, excluſ. —Eadem pag. verſus finem, in *Innocentio* III. poſt illud, *Principum Princeps*, dele uſque ad, [illegible] excluſ. —Folio 47.pag. 1. ſub initium, in *Gregorio* IX. ibi, *Non impunè crucem*, dele *non impunè.* —Eodem folio pag.2.ſub initium in *Innocentio* V.ibi, *Tarantaſienſi Dominicaſtro*, pro,*Dominicaſtro*,ſcribe, *Dominicano.* —Pag.eadem in medio,in *Nicolao* III.poſt illud,*Nomine ſubiugauit*, dele uſque ad,*Apoplexi defecit*, excluſ.—Fol. pag. 2. verſus finem, in *Henrico* IV. Imperatore,poſt illud, *Cum Paparum tum*, [illegible] uſque ad,*Omnium odia*,excluſ.—Et in fine pag.poſt illud, *à ſucceſſore filio*, dele uſque ad,*Ad Imperij abdicationem*,excluſ.—Fol.50.pag.1.ante medium, in *Friderico* I. Imperat.poſt illud,*Imperio ſane dignus*,dele uſque ad,*Exercitus deinde ſuus*,excl.—Fol. 52. pag 2.poſt initium, in *Cæleſtino* V. *Pontifice*, ibi, *inſuetæ ſuperbæ dominatum*, dele,*ſuperbæ.*—Et paulò inferius, poſt illud, *Aliquando repeteret*,dele uſque ad, [illegible]*bindeque in ſanctorum*,excl. —Pag.eadem in medio,in *Bonifacio* VIII. poſt illud, [illegible]*tuliſſet Pontific. Roman.* dele uſque ad, *Imperium Alberto*, excluſ. —Et paulò inferius, poſt illud, *Orbis confluxu*, dele uſque ad,*Sed Gebelinos*, excluſ. —Fol. 53.pag.1. poſt initium, in *Ioanne* XXII. poſt illud, *Clementis Clementinis*,dele uſque ad *Quinque vicies mille*, excluſ.—Et poſt illud, *Anno defunctus reliquit*, dele uſque ad, *Benedictum* XII. excluſivè. —Eadem pagina ad finem, in *Bonifacio* IX.poſt illud,*Adriani molem muniuit*, dele uſque ad, *Innocentius* VII. excluſivè. — Fol. eodem pag. 2. poſt medium,in *Martino* V.ibi,*Conſtanter obierat*,dele,*Conſtanter.* — Et ſtatim, poſt illud,*Eugenio* IV.*Veneto*,dele uſque ad,*Romæ autem è Florentia*,excluſivè. —Fol.54. pag. 1. à medio, in *Calixto* III. poſt illud, *Litteras effudit*, dele uſque ad, *Pius* II. *Senenſis*,excluſivè.—Et pag.2,in fine,in *Henrico* VII. Imper. poſt illud, *Florentinorum nummis*,dele uſque ad,*Boncoventi ſublatus*, excluſivè. —Fol.58.pag.1. initio, in *Paulo* II. poſt illud,*Paulus* II.*Venetus*,dele uſque ad, *Eccleſiaſticorum præcipuè*, excluſivè. — Et poſt illud,*Vndequaque ſtudioſus*, dele uſque ad,*Homo corporis*,excluſivè. —Eadem pag.ante medium,in *Xyſto* IV.poſt vocem,

*Bello*,

INDICI Librorum PROHIBITO E.V. =4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Bella*,dele uſque ad,*geſsit*,excluſ. — Deinde,poſt illud, *Bernæ ſervatum*, dele uſque ad,*Vel contra compendij*, excluſ. — Et ſtatim poſt illud,*Inſerere libuit*,dele uſque ad, *Sixtus Epiſcopus*, excluſ. — Folio eodem, pag.2.à medio, in *Innocentio VIII*. poſt illud, *Armis repetijt*, dele uſque ad, *Calixti III. ex fratre nepos*, excluſ. — Fol.59.pag. 1. ſub initium,in *Iulio II*. poſt illud, *Familia Soanenſis*, dele uſque ad, *Imperio ſeſe*, excluſ. — Et poſt, *Iuſti tenax*, dele uſque ad,*Bombardarum*.—Et paulò inferius,poſt illud,*Creati ſtudio*, dele uſque ad, *Annuis*, excluſ.—Et in eadem pag.à medio,*in Leone X*. poſt illud, *& immitibus gubernatus*, dele uſque ad, *Iuliannum fratrem*, excl.— Et paulò inferius,poſt illud, *Renovato cum Helvetijs*, dele uſque ad,*Fœdere*.—Et poſt illud, *Aliquantiſper pacavit*,dele uſque ad, *Pluris quam à Turca*. — Eodem fol. pag. 2. initio, in *Adriano* 6. poſt illud, *Devotus Theologus*,dele uſque ad,*Suſpecta morte*,excluſ. — Et in *Clemente VII*. & ibi, *Leonis Decimi,nothi*,dele,*nothi*. — Et paulò inferius,poſt illud, *Pontif. ſui* 4.dele uſque ad, *Iucundiſsima tamen ei*, excluſ. — Et ad finem pag.poſt illud,*Receperit uxorem*, dele uſque ad, *Titulum Monarchiæ*, excluſ. — Fol. 60. pag. 1. à medio, *in Carolo V*. ibi, *non tam ſuis, quam*, dele, *non*. — Et pag. 2. ante medium, ibi, *Contra Evangeliſtas*, adde,*novos*.—Deinde, ibi, *Conciviumque Evangelicorum*, adde, *novorum*. — Et poſt illud, *Suis confœderatis*,dele uſque ad,*Interea vero*, excluſ. — Et ibi, *Lutheraniſmi prætextu*, repone,*ob Lutheraniſmum*, & ibi, *miſerè proſcripſit*, dele, *miſerè*. — Fol. 61. pag.1.à medio, poſt illud, *Aquiſgrani coronavit*,dele uſque ad, *anno* 14. *lucente*,excl. — Pag. 2. in medio, poſt illud, *Ducatum recuperavit*, dele uſque ad, *Anno* 17. *Angliæ*,excluſ.—Fol.62.pag. 1. ante medium, poſt illud, *Dominantibus armis*, dele uſque ad,*fruſtra indixiſſet*, excluſ. — Et poſt *indixiſſet*,dele omnia uſque ad titul.*Hiſpaniæ Regni,&c*. excluſ. — Fol. 65. pag. 1. verſus finem, poſt illud,*Admirabilis vitæ rex ille*, dele uſque ad,*Ob id in Divos*,excluſ.

VALERIVS Philarccus.

Lutheranus.

VALERIVS Fildlerus.

Seu,*Fidlerus*,Poëta.

WAREMVNDVS Luitholdus.

Lutheranus.

VBBO Emmius.

Seu *Vbbius Emmo*,Phriſius,Gretanus, Profeſſor Groninganus,Calvino-Zuingliã. Theologus, & Hiſtoricus, & Geographus.

EIVS de *Agro Friſiæ,deque vrbe Groninga*.Groningæ Friſiorum,typis Gerhardi Ketelij,1605.

Apponenda nota Auctoris damnati,& operis cum expurgatione permiſſi. — Pagin. 39. §. *Denique præpoſiti*, ad finem poſt illa verba,*Hæc quoque interiere*, dele quatuor lineas, uſque ad, *Sacerdotes in agro*, excluſivè. — Pag. 56. poſt octo lineas ab initio,& illa verba, *Controverſiæ non interpono*,dele uſque ad finem pag.& illa verba, *Sic vero obſervatum*, excluſ. — Pagina 187. ſub titulo, *De re Eccleſiaſtica in urbe*, ad medium.poſt illa verba, *In priorem ſtatum relapſa eſt*,dele duas pag.cum dimidia, uſque ad finem libri.

EIVSDEM *Opus Chronologicum*,pluribus partibus conſtans. Groningæ, excudebat Ioan.Saſſius 1619.

In Epiſtola Dedicatoria ad Mauritium, quæ incipit cum tot ſubſtineas, pag. 3. ad finem, dele, *Affectatæ gloriæ ſuæ turpem, ac inſitæ ſuperbiæ ad verſam*. — Et pag. quinta initio,poſt illa verba, *Rem Belgicam coniecit*,dele ſeptem lineas,uſque ad,*Germinans vero*,excluſivè. — Et inferius,poſt, *Pulſare videretur*,dele quatuor lineas,uſque ad, *Avertit*. — Et pag.ſequente, linea ſecunda ab initio, dele, *Bonorum piorumque*. — Et inferius, dele, *Pietati*. — Et in eadem pagina,lin.4.à fine,dele, *Pietatemque*. — Et linea penultima, dele, *& Eccleſia*. — Et pagin. 6. lin. 1. dele, *Piorumque*. — Et lin. 9. à fine,dele, *Ac pietati*,& linea ſequenti, *Ac Eccleſiam*. — Et pag. ultima linea 3. ab initio, dele, *& Eccleſiæ ſuæ*. — In ſequenti Poëmate,quod incipit, *Vt vicina polo*, quod eſt, *Nicolai Mullerij* damnatæ memoriæ Auctoris.—Pag. 198. poſt medium,poſt,*Matrimonio iuncta*,dele duas lineas,uſque,*Cui eodem anno*.

Poſt librum vero quartum,*in diatribe Nicolai Mullerij*,quæ incipit, pag. 115. uſque ad 130. appone notam, *Mullerio, damnati Auctoris,& operis permiſsi*.

Ex Indice vero, dele, *Lutherus Theologus, & Philippus Melancthon*, &c. & ubicumque in alijs indicibus occurrerint eiuſmodi Hæreſiarcharum nomina.

Ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex ſerie vero Synodorum, dele verbo, Tridentina,*Comparata ad ſtabiliendum Papiſmum univerſum.*

Eiusdem *Chronologia*,rerum Romanarum, *&c.* Groningæ, excudebat Ioannes Saſſius,1619.

Permittitur cum ſerie Cōſulum,& præmiſsis Prolegomenis,appoſita ſolita nota, Auctoris damnati,& permiſsi operis.

Pag. 237.& 239. ubi Chriſti natale inijcit in Septembrem,ſcribe in margine,*Plane diſcedit ab Eccleſiæ receptiſsima traditione.*—Et idem in Chronologia rerum Romanarum,fol. 63. & fol. 163. in Chronologia Naſſoviorum,§.*Guilielmus Naſſau*,dele, *inclitus Belgicæ liberator à Tyrannide Hiſpanica.* — Pag. 297. & 298. in *B. Dominico & B. Franciſco*,loco , *novæ ſectæ*, ſcribe, *novi ordinis.* — Pag. 318. poſt med. in §. initium,dele,*Vſque eodem fere tempore.*

Eiusdem Vbonis, *Rerum Friſicarum hiſtoria diſtincta in decades ſex.*Lugduni Batavor. apud Ludovicum Elzevirium,1616. Antea vero,Franekeræ apud Ægid.Radęum 1596. & Lugd. Batavor. apud Raphel. 1599.—Et *Decas quarta.* Arnhemij , apud Iohannem Iohannis 1604. & Amſtelrodami,apud Cornelium Nicolaï.

Poſt adhibitam notam præſcriptam Auctori,& operi.

Ex lib.3.pag.45.ad an.Chriſti 603. linea 8. ab initio , poſt illa verba , *Vt tum erant tempora*,dele 5. lin.uſque ad,*Quin etiam religio* , excluſ. — Pag. 57. poſt 8. lineas ab initio, dele , *Magna ſuperſtitione Turonenſium.* — Pag. 60. poſt med.poſt illa verba, *Obitum expoſuerunt* , dele uſque , *Summam Calvariam,*& inferiùs,poſt illa verba,*in loco cedis patratæ*,dele uſque ad, *latrones.* — Et pag.61.initio,dele tres lineas,uſque ad, *Nos ad hiſtoriam.* — Lib. 4. pag. 68. lin. 9. ab initio,poſt illa verba , *Anno Chriſti* 792. dele tres lineas uſque ad , *Francofurti frequenti* , excluſ. — Pag. 74. linea 8. ab initio , dele , *Si ſuperſtitio nonnulla illius ſæculi abfuiſſet.* — Lib. 6. p. 97. paulò poſt med. poſt illa verba , *Viſio perperam fiebant* , dele quatuor lin.uſque ad,*Origo malorum*,excluſivè. — Pag. 119. ante med. poſt illa verba , *Compoſtellam appulere* , dele , *Superſtitionis cauſa* , pag. 123. circa finem , dele, *Superſtitione tunc uſitata.* — Pag. 127. ad med.poſt verbum,*ſcriptores*,dele , *improba, ac pudenda ambitio.* — Pag. 130. ante med. poſt illa verba , *Perſuaſum fuiſſe* , dele , *ob cruſtulas miſſaticas.* — Pag. 131. ante medium,poſt illa verba,*Collegia monaſtica*,dele uſque ad illa verba, *Non trecenta.* — Pag. 135. poſt illa verba , *Quando militia eſt*,dele duas lineas,uſque ad,*Huic ordini.* — Et inferius , poſt illa verba , *rurſum ceſsit*,dele uſque ad fin. p. — Lib.10.pag. 145. lin. 10. ab initio , poſt illa verba, *Epiſcopo adeſſe* , dele 24.lin.uſque ad,*quo pavore perculſo*, excluſ. — Pag. 146. initio poſt illa verba,*incendebantur*,dele 7.lin.uſque ad , *campos non procul.* — Et eod. lib. pag. 148. lin. 14. à fine , dele , *ſcelere Pontificum.* — Lib. 50. p. 784. lin. 8. à fine,poſt illa verba.*prima mutatio facta*, dele uſque ad fin. pag.& inſuper 19. lin.pag.ſeq.uſque ad , *Inter hæc Iunio*, excl. — Lib. 53. p. 825. lin. 13. ab initio , dele , *Turbarum Sacerdotes conciretur.* — Et poſt 8. lin. illa verba , *Dei decreto adverſatur*, dele tres lin.uſque ad , *maiores tradunt*,excluſ. — Et iterum poſt 7. alias lin. & poſt illa verba, *acrius reprehenſum*,dele tres alias lin.uſque ad,*in arcem properaſſe*,excluſ. — Et iterum poſt 10.alias lineas,& poſt illa verba,dele uſque ad finem pag. & præterea quinque lineas pagin.ſeq. dele uſque ad,*At Groningæ bello*,excluſ.—Et eadem pag.826. paulò poſt medium,dele,*Hominem vanum,tumidum , audacem , ſibi plaudentem, denique nulla dignum.* — Et inferius,linea tertia à fine,dele , *Ambitione fatuo.* — Pagin. 84. paulò ante medium , poſt illa verba , *ſeverum efferebant* , dele octo lineas , uſque ad , *Etenim Anabaptiſmus* , excluſivè. — Et poſt tres lineas , dele , *contra innocentes*, & poſt alias tres , dele , *Licet culpa vacuus*, & poſt alias duas , dele , *inſontibus.* — Et linea octava , à fine,dele , *& innocentiam*, & linea quinta,à fine , dele , *ex quo videre licet eos nec Dei Verbum , nec Sacramenta contemnere , ut falſo iiſdem impingitur.* — Lib. 59. pagina 916. linea ſeptima à principio , dele , *Sine dubio magnos Eccleſiæ fructus allaturum.* — Et poſt alias ſex lineas dele , *vir eximia pietate , & in obeundo miniſterio induſtria rara , atque ob has dotes.* —Et paulò poſt,dele,*vir doctrina, & animi magnitudine egregius.*—Et inferius paulò poſt medium, dele,*ſed loco illo planè dignus* , uſque ad , *his adiutoribus.*—Et poſt alias tres lineas , & poſt illa verba , *curarum principium putavit* , dele ſeptemdecim lineas , uſque ad finem pagin. & uſque ad duas ſequentes pagin. & illa verba , *Admonens per litteras*, excluſ. — Pag. 921. ad med.dele voces,*de Monachis , & Idolis.* — Et

INDICI Librorum PROHIBITO E. V. =4.

Et poſt tres lineas, & illa verba, *ut ſibi reſpondeatur*, dele lineam, uſque ad, *nam hæc anxia*, excluſ. — Pag. 935. linea 21. ab initio, dele, *magna cum laude*, & ſequenti linea dele, *idolo latrica.* — Et poſt 5. lineas, & illa verba, *invitatus fuit*, dele 4. alias uſque ad, *atque hoc de eo*, excluſ. — Et linea octava ante finem, poſt illa verba, *vocantium, & petentium*, dele, *ac ſpes ingens propagandæ Chriſti Eccleſiæ, & Dei gloriæ augendæ.*

EIVSDEM de *Friſia, & Friſiorum Republica, deque civitatibus, foris, & vicis*, &c. libri aliquot. Lugduni Batavorum apud Ludovic. Elzevirum, 1616.

Poſt appoſitam notam Auctori, & operi, in Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Illuſtris, ac generoſe*, &c. — pag. 19. poſt ſeptem ab initio lineas, dele, *homines inertes & indigni*, & inſuper duas ſequẽtes lineas, uſque ad, *Sacerdotia adipiſcerentur*, excl. — Pag. 41. linea 2. ab initio, poſt illa verba, *erũt eligendi*, dele 2. lin. uſq; ad, *aut iuramẽto cõfirmet.* — P. 43. ad med. ibi, *rebus agendis*, & poſt quinque lineas, dele, *aut magis ſuperſtitionibus.* — Et lin. 3. à fine, poſt illa verba, *Epiſcopus urbe pulſus*, dele reliquum pag. & 8. inſuper lineas pag. ſequentis, uſque ad, *in quibus ipſi*, excluſ. — Pagin. 45. lin. 8. ab initio, dele, *qui cum doctrina orthodoxa Eccleſiæ.* — Et poſt 7. alias lin. dele, *veræ pietatis, & doctrinæ Theologicæ.* — Et pag 51. in med. dele, *doctrinæ cæleſtis.*

EIVSDEM *de Agro Friſiæ, deque vrbe Groninga, Sintagma.*

Tametſi hoc idem opuſculum ſuperius notatum, & expurgatum dedimus, ex antiquiori editione in forma parva, operæ pretium duximus ex recentiori & maiori, Lugduni Batavorum apud Elzevirium, nunc eandem recognitam exhibere.

Pag. 13. §. *Denique Præpoſiti*, ad medium, poſt illa verba, *pro Epiſcopo erant*, dele 5. lineas, uſque ad ſequentem §. *Secerdotes*, excluſ. — Pag. 14. ad finem, poſt illa verba, *controverſiæ non interpono*, dele uſque ad finem pag. & duodecim inſuper lineas pag. ſequent. uſque ad, *ſic verò obſervatum.* — Pag. 70. ſub titulo, *De re Eccleſiaſtica in urbe*, paulò poſt medium, poſt illa verba, *ſtatum relapſa eſt*, dele lineam, uſque ad, *Sacerdotum loco*, excluſ.

EIVSDEM, *De ſtatu Reip. & Eccleſiæ in Friſia Orientali*, liber.

Apponenda Auctori, & operi præſcripta nota.

Et pag. 17. poſt 10. à principio lineas, & illa verba, *Tranquilitati reddidit*, expunge undecim lineas, uſque ad, *& fuit quondam*, excluſ. — Et pag. 18. poſt 8. lineas, ab initio, & illa verba, *vocatione interrogat*, dele 5. lin. uſque ad, *in quæ omnia*, excluſ. — Et pag. 21. poſt med. dele, *ut nuſquam terrarum decentius, ac religioſius.* — Pag. 29. ſub titulo, *De re Eccleſiaſtica*, ad finem, poſt illa verba, *inſtitutum fuiſſe dixi*, dele uſque ad finẽ libri, & operis ſequentia omnia.

EIVSDEM, *Periegeſis, id eſt, accurata deſcriptio Chorographica, Friſiæ Orientalis, à Dullatto ſinu, &c.* Permittitur appoſita ſolita nota.

EIVSDEM, *De origine, & antiquitatibus Friſiorum, contra Suffridi Petri, & Bernardi Furmerij fabulas*, &c.

Adhibenda initio ſolita nota. — Pagin. vero 53. linea 15. à fine, poſt, *Laurentio Surio*, dele, *Fabularum conſarcinatore.* — Pag. vero 54. & 55. expunge notatiunculas omnes marginales.

EIVS *Appendix Genealogica, illuſtrando operi Chronologico.* Groningæ, excudebat Ioannes Saſſius, 1620. Permittitur, cum præſcripta nota Auctoris & operis.

### VDALRICVS Chriſtmannus.

Germanus, Theolog. Lutheranus, Auguſt. confeſſ.

### VERVS Gratianus.

### VETERANVS Pinſerus.

### VICTOR de Bordeaux, ſeu *de Burdeus.*

### VICTORINVS Strigelius.

Ienenſis, Lipſenſis, & Heidelbergenſis Profeſſor, Theolog. Philoſoph. Mathematicus, Hiſtor. Luthero-Zuingl.

EIVS Commentarius in Iuſtinũ, Vrſellis, apud Cornelium Sutorium, 1602.

In ipſo titulo Iuſtini, ubi legitur, *Acceſſit viri cl. Victorini*, poſt illa verba, *prolixiuſque perſequitur*, adde, *Auctor damnatus, opus cum expurgatione permiſſum.* — In oratione de hiſtoria pag. 5. poſt med. poſt illa verba, *collecta, aut aſſervata fuere*, dele uſque ad, *nec vero aliter*, excluſ. — In eadem oratione pag. penultima, in principio, poſt illa verba, *difficile opus eſt*, dele uſq; ad, *integram hiſtoriam*, excluſ. — In eadem oratione pag. ultima, ad medium, poſt illa ver-

verba, *referta eſſe debet*, dele uſque ad, *ſed quoniam ipſum*, excluſ. —Prolegomeno 1. quod incipit,*Hiſtoria eſt vis*,pag. penult. ad medium,poſt illa verba, *poſt Apoſtolos complexi ſunt*,dele uſque ad, *Monſtravi utcumque*, excluſ. —Prolegomeno 2.dele totum prolegomenon.—Prolegomeno 3. parum ab initio, poſt illa verba, *in tres ætates diſtinguit*,dele uſque ad, *Ad hanc Heliæ*,excl. Et inferius, §.*Quoties igitur*, ibi, *nam duo priores millenarij*., dele vocem, *duo*. — Et paulò inferius, ibi,*ſequentes duo millenarij*, dele ſimiliter vocem, *duo*.—Et adhuc inferius, ibi, *poſtremi duo millenarij*, dele etiá vocem,*duo*.—In eodem Prolegom.pagin. ultim.initio,poſt illa verba, *belligerantes cũ vera Eccleſia*, dele uſque ad, *hæc generalis notatio*, excl. —Pag.2. in fine, ubi legitur, *in Politica vita verſans alios homines*, &c. dele, *in Politica vita verſans*. — Ex ipſo Cõmentario,in lib.1.pag.5. ad finem, poſt illa verba, *regere & tueri poſſint*, dele uſque ad,*vt diſcat ſe non humanus*,excluſ. —Pag. 10.ante medium,in§. *Non dubium eſt*, poſt illa verba,*à ſuperioribus illatam*, dele uſque ad, *cum videamus omnes*,excluſ. —Pag.16. poſt medium,in §. *Duo ſunt genera*,poſt illa verba,*alterum politicum*,dele uſque ad,*verſatus eſt igitur Cyrus*, excluſ. — Pag. 18. in medio, ubi legitur, *Arcana, & multorum Sanctorum peccata*, dele, *Sanctorum*. — Pagin.23.ante finem,in §. *Hanc hiſtoriam*, ubi legitur, *Gubernatio præſertim Eccleſiæ ſolius Dei eſt*,dele, *ſolius*. — In lib. 2. pag 52. ad medium in *Q. V. Solon rectè fecerit*, &c. in §. *Reſpondeo*, poſt illa verba, *Maior eſt vera*, dele uſque ad *Sed non debet accommodari*,excluſ. — In lib.3. pag.132. in medio,in titulo,qui incipit, *Deſcriptio, &c.* poſt verbum,*Corcyreæ*, dele reliquum tituli. — In lib.4. pag.175. ante medium, in titulo,qui incipit, *Oratio Critiæ*,poſt illa verba.*De rebus Græcis*, dele reliquum tituli. — Libro 11. pagin.204. in medio, §. *Porro*, poſt illa verba, *Dumtaxat eius hiſtoriæ*, dele uſque ad, *Danielis expoſitam*, excl. — In lib.17. pag.238. ante finem,poſt illa verba, *Beneficia præcipites iniuriæ*, dele uſque ad titulum,*Cicero*,excluſ. — In lib.24.pagin.250. in medio,in §.*Etſi enim Deus*, poſt illa verba, *Direptionibus, & abuſibus facultatum*, dele uſque ad,*Vult enim Deus*,excluſ.—In Indice deleatur, *Eccleſiam cur velit Deus imperijs eſſe ſubiectam*.

VINCENTIVS Gruncher.

Seu, *Gruner*,Germ. Scribebat ſuper offici Miſſæ.

VINCENTIVS Obſopæus.

German. Permittitur eius verſio, cu Epiſtola Dedicatoria in S.Maximi, centu rias 4.ſententiarum,de Charitate, ſi tam ex Epiſtola, poſt illud, *Cum indicio lega do iudicabit*,deleatur uſque ad, *Multa præ clarè docet*,excluſ.

EIVS quædam Poëmata permittuntur in tomo 4. Deliciarum Germanicarum Vide, *Deliciæ Germanicæ* 3. Claſſ.

EIVSDEM Epiſtola,de laudibus Poët Alexandri Corteſij, & habetur in fine ſtoriæ Vngariæ Antonij Bonfinij, pag permit. Apponenda tamen Auctoris damnationis,& operis permiſſionis.

EIVSDEM Præfatiuncula in Anthologiam Hieronymi Megiſeri ſimiliter permittitur.

EIVSDEM Annotationes,in libros ſeptem Epigrammatum Græcorum,quæ circumferuntur etiam cum ſimilibus,Annotationibus,Ioánis Brodæi, & Henrici Stephani. Francof. apud hæredes Andreæ Wecheli,1600. & Baſileæ, apud Ioannem Oporinum cum Indice.

Adhibenda præſcripta nota Auctoris & operis,& corrigendæ.

Ex lib. 1. pag.71.col.2. initio, poſt illud *genus hominum*,dele uſque ad,*ſed ad inſtitum*,excluſ.—Pag.160.col.2.in fine,poſt illud,*Carmen explicatione non eget*,dele reliquum columnæ. — Ex lib.2.pag.242.col. 2 in medio,poſt illud, *Noëtericis Theolog.* dele Parentheſim, uſque ad, *Quiquam conceſſurum*,excluſ. — Pag. 276. col.2. à poſt illud,*ut hoc ipſum*, dele uſque ad, *Nicolaum Gerbellius*,excluſ.—Et poſt,*Gerbellius*,dele Parentheſim,uſque ad, *fabulaſue*.

Ex lib.3. pagin.304. col.1. initio, poſt illud,*Ludo-Eraſmus*, dele uſque ad, *non imperitè miſerandus*,excluſ.—Et poſt,*Thomas Morus*,dele uſque ad, *Theſſalus Hippocrates*, excluſ. — Pag. 406. col.1. ante medium poſt illud, *grocitant Gracculi*, dele uſque ad §. *A.tremas*, excluſ.—Pagin. 411. col.2. poſt verbum, *vitioſus homo*, dele uſque ad initium pag. ſeq. col.1. *Quid prohibet hunc* excluſ. — In titulo verò ſequenti Annotationum Henrici Stephani *in quoſdam Anthologiæ locos*, appone Stephano, notam damnati Auctoris, & operis permiſſi.

EIVS quędam alia Philologica, videlicet,*de Arte dicendi*, lib.3. Francof.1575.—

Anno

INDICI Librorum PROHIBITO E.V. =4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Annotationes *in quatuor libros Græcorum Epigrammatum*.Baſil.apud Ioan.Oporinum cum Indice. — *Explicatio errorum Vlyſsis*, per contemplationem moralé, Haganoæ, 1531. — *Caſtigationes orationum Demoſthenis*. Norimbergæ, 1514. Permittuntur cum ſua nota.

VINCENTIVS Smuccius. *Th. L.*

VINCENTIVS Vratiſlavienſis. *Pol. L.*

VINITOR.

VITILINGIVS, ſive Brentius.

VITVS.

VITVS Albinus.

Theolog.Lutheran. Auguſt.confeſſ.

VITVS Boſcherus.

Hannoverenſis, Theolog. Lutheranus, Auguſt.confeſſ.

VITVS Breſch-Wertibach.

VITVS Mollerus, ſive, *Mullerus*. *Th. P. Luth.*

VITVS Theodorus. aliàs, *Theodoricus*.

Theologus, & cōcionator Norimbergenſis,Luth.Auguſt.confeſſ.Scribebat Latinè,& Germanicè,ferè in univerſa Biblia.Scribebat,& edebat Norimbergæ, Wittembergæ,Argentorati, Francof.

VITVS Wiſemius.

Seu,W*inſemius*,ſive,W*ieſemus*,ſive,W*inſchemius*, ſeu, W*inſehemius*, Germanus, Profeſſor Wittembergenſis, Lutheranus,& Melancthonianus.

EIVS *in Thucididis Athenienſis Hiſtoriam*, verſam à Winſemio patre, annotationes, Wittembergæ,1569.

Addenda Auctori nota damnationis,& operi permiſſionis,cum expurgatione. — Prior Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Offero Auguſte*, tota expungenda. — Item, & poſterior, quæ incipit, *Quantum beneficium*,&c. — In Prolegomenis, Titulo,*de Vtilitate hiſtoriæ*, ubi legitur, *noſtra doctrina,ac religio*, pro, *noſtra*, repone, *Catholica*. Lib.1. pag.39. Titulo, *Corcyrenſium*, expunge nomen, *Philip.Melancthonis*. — Et ſimiliter, in Titulo, *Oratio Corinthorum*, pag.67. ſicut etiam lib.2. in Titulo, *Oratio Archidami*,pag. 160. — In ea vero oratione Archidami,§. *Præter hæc*, littera X.pag. 166. poſt illa verba, *& ſtatua Epheſiæ Dianæ*, dele uſque ad *ſtatuam quidem ipſam*,excluſ. — Lib.3. in *Concione Cleonis*,§. *Hi enim volunt*, in Annot. littera R. & littera S. pag. 283. dele,*Regulæ Monachorum applicatio*. — Et in *Oratione Platæenſium*,§. *Precamur autem*, littera V. verſiculo, *Non eſt pulchrior*, pag. 303. dele verba illa, *Et hoc eſt iudicium Philip. Melancth.*

VITVS Worſſerus.

Seu, W*oſerus*, Theolog.Luther. Auguſt. confeſſionis.

VLDARICVS Ruppinenſis.

VLRICVS Bellinger.

German. Theol. Poëta Luther.

VLRICVS Studerius.

VLRICVS Velenus.

Minhonienſis.

VOLRADVS, Comes Mansfeldenſis.

VOLRADVS à Pleſſen.

Seu, *Pleſſenus*, Megapolitanus, German. Poëta, Lutheran.

Vrbanus Pierius.

Theolog.Calvino-Zuingl.

VRBANVS Rhegius.

Seu, *Regius*, German.Theol.Luth.Auguſt. confeſſ.

VRBANVS Timæus.

Poëta.

WALRABVS de Brederode.

Ex Auctoribus, & ſubſcriptoribus Congregationis Dordrechtanæ.

WAREMVNDVS Ernberg.

Seu, W*aramundus de Eremberg*. Germanus Theolog. & I. Conſultus, Lutheranus, Auguſtan. confeſſionis,& Melancthonianus, Politicus.

Weldelinus ab Helbach.

Seu, *Wendelinus*, Mulbergenſis, Germanus, Poëta Luther.

Wenceslaus Budouvez.

Wenceslaus Zaſcriſelius.

Poëta Lutheran. Moravius. Vid. tom. 6. Deliciarum Germanicarum, quædam eius Poëmata.

Wentzelaus Linck.

Seu, *Wenceſlaus Linck.* German. Theolog. Luther.

Wesselus, ſive, *Baſilius Grœningenſis*, ſeu, *Groningenſis.*

Rhetor. Poëta, Philoſ. Medicus. ac tandem Theolog. Luther.

Wigandus Happelius.

Marpurgenſis, Pauli Fagij diſcipulus, German. Polilog. & Theolog. Luth.

Eius *Linguæ ſanctæ Canones Grammatici.* Baſileæ, 1561. per Thomam Guerinum.

Adhibe notã Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi. — Fol. 2. pag. 3. in Epiſt. Hebraïca *ad Wigandum*, poſt inſcriptionem Latinam Pauli Fagij, adde, *Auctoris damnati.* — Et pag. 7. adhibe eandem notam in inſcriptione.

Eiusdem *Ionas Propheta cum ſua verſione Latina*, necnon cum exercitatione Grãmaticali, quæ eſt tanquam examen, & ratio ſingularum Dictionum. Baſileæ, per Thomã Guerinum, 1561. Permittitur appoſita nota præſcripta Auctoris & operis.

Eiusdem *Methodus legum Iuris civilis*, permittitur cum ſua nota.

Wigandus Groſcher, ſeu, *Grosher.*

Wigandus Orthius.

Lutheranus Profeſſor Marpurgenſis.

Wilboldus Homerus.

Meduvildarius, ex ſcriptoribus, & ſubſcriptoribus Synodi Dordrechtanæ.

Vuilfridus Holme.

Anglus Eboracenſis, Hiſtoricus Lutheran.

Wilhelmus Alardus Hollatus.

German. Theologus, Luther. Auguſt. confeſſionis.

Wilhelmus à Broickuyſen-ten-Dorne.

Deputatus, & ſubſcriptor Synod. Dordrechtanæ.

Wilhelmus Clebitius.

Wilhelmus van-Hardevelt.

Subſcriptor Dordrechtanæ Synodi.

Wilhelmus Heſenus.

Wilhelmus Nolderus.

Wilhelmus Poſſardus.

German. Luthero-Melancthoniſta, Hiſtoricus.

Eius *de Athenienſium Magiſtratibus, eductaque cum Romanis, Gallis, Venetis, & Turcis cõparatione*, cui adiuncta eſt, *Diſſertatio Aphoriſtica de Magiſtratibus Romanis*, circumfertur cum Ioannis Sarij Zamoſcij libris, *de Senatu Romano.* Argentorati, ſumptibus Lazari Zetſneri, 1608.

Initio libri appone Poſſardo ſuam notam. — Poſtea autem in Diſſertatione Aphoriſtica de Magiſtratibus Romanis p. 573. n. 62. prorſus dele, *Philip. Melancth. Germaniæ ſuperioris Thoſter.* — Pagin. vero 515. ad medium, *de magiſtratibus Athenienſium*, ubi legitur, *Per legem, quæ ſemper eſt peccati filia*, lege, *per legem, quæ interdum peccati occaſione fertur.*

Wilhelmus Radenſis.

Wilhelmus Sarcerius.

Wilhelmus Vrſinus.

Germanus Philoſ.

Wilhelmus, ſeu, *Guilielmus* Zepperus.

German. Luthero-Zuinglianus.

Wilichius Fiſcherius, ſeu, *Fiſcherus.*

Vuilichius Vveſtonius. Phil.

Wi-

INDICI Librorum PROHIBITO E. V. =4.

WILLEBRORDVS Snellius.

Patria, & profeſsione Leidenſis, Mathematicus.

EIVS liber ſingularis, *de re Nummaria*, ex officina Raphelengij 1013.permir.

Appone initio libri,notam damnati Auctoris, & operis, cum expurgatione permiſsi. — In Epiſtola Dedicatoria, ad finem paginæ quintæ,poſt illa verba, *Ad iudicem ſuum mittitur*,dele quinque lineas ſequentes, uſque ad initium ſequentis quoque paginæ. — Dele item in pag. 4. poſt initium,nomen *Caroli Molinæi*.

EIVSDEM Annotationes,& Latina verſio è vernaculo,in opus,*De circulo*,& ſcriptis Ludolphi à Ceulen. Lugduni Batavorum, apud Iudocum à Colſter, 1619. Permittuntur appoſita nota Auctoris,& operis.

EIVSDEM Snellij *Eratoſthenes Batavus, de terræ ambitus vera quantitate*, Lugd. Batavorum apud Ludovicum Colſter, 1617. Permittitur appoſita nota Auctori,& operi, & expuncto Epigrammate laudatorio *Petri Cunæi*,Auctoris etiam damnati.

EIVSDEM *Obſervationes Haſsiacæ cœli, & ſyderum in eo errantium*, ex obſervationibus Tichonis Brahe. Lugduni Batavorum,apud Iuſtum Colſterum,1618.

Initio,poſt illud, *publicante* Willebrordo *Snellio*,adde, *Auctore damnato*, permittitur vero eius, *Præfatio ad Mauritium*. — In eodem volumine,poſt opuſculum Ioannis de Monteregio,circunferũtur Annotationes *Ioannis Sohoveri*, in regulam magnam Ptolomæi,cui affige notam damnati Auctoris.

EIVSDEM Willebrordi *Deſcriptio Cometæ,qui anno* 1618. affulſit, cui acceſsit *Chriſtophori Rotmanni* ſimilis deſcriptio anni 1585 Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriana, 1619. Petro vero Cunæo adde notam Auctoris damnati. — Pagin. 69. Rothomano,etiam Bernburgẽſi,affige notam Auctoris damnati,& operis permiſsi.

WINDELINVS Hailman.

German.Profeſſor Heidelbergenſis, I. C. Lutheranus.

EIVS *De Teſtibus, & atteſtationibus compendiaria tractatio*. Spiræ, typis Auguſtini Scheideri, 1610. Permittitur, appoſita nota Auctoris damnati,& operis permiſsi.

WOLPHANGVS Agricola.

Bedumanus,ex Auctoribus,& ſubſcriptoribus Synod.Dordrecht. Alius ab Wolffgango Agricola, paſtore Spanetenſi in Eyconſtettenſi Epiſcopatu,qui ſcribebat Ingolſtadij,1578.

VVOLPHANGVS Amling.

Seu,*Wolfgangus*,ſeu, *Amlingus*, German. Theolog.Luthero-Zuinglianus.

VVOLPHANGVS Ammonius.

Seu,*Wolffgangus Ammonius*,Francus, Poëta Calvin.

VVOLPHANGVS Ampelandæus.

Seu,*Ampelander*,Germ.Poëta.Luther.

VVOLPHANGVS Audingus.

VVOLPHANGVS Biſbachius.

WOLPHANGVS Camlingus.

WOLPHANGVS, ſeu, *Wolffgangus* Corvinus. P.

WOLPHANGVS Fabritius Capito.

Seu,*Capito Wolphangus Fabritius*, ſeu, *Fabritius Capito Wolphangus*.

EIVS *Inſtitutionum Hebraïcarum*, libri duo. Argentorati,apud Wolphium Cephalæum 1525.

Pręfige notam Auctoris damnati & operis cum expurgatione permiſsi. — Et expungenda omnia prævia ante primã operis paginam.—Fol. 1. pag. 1. initio, dele, *ex quo facilis excurſus ad omnia Scripturarum myſteria patet*.

EIVS vero reliqua opera omnino proh.

WOLPHANGVS Finckelhaus.

Seu,*Finckelhauſer*. Poëta, German. Luth. Exponebat Threnos Ieremiæ Græco, Heroïco carmine,Tubingæ,1571.

WOLPHANGVS Hegius.

Germ.Luth.Philolog.Eius in quaſdam Ciceronis Orationes,*Logica reſolutio*, Altorfij.Permittitur cum ſua nota.

WOLPHANGVS Heiderus.

Philoſ.Politicus Luther.

EIVS *Philoſophiæ Politicæ Syſtema*. Ienæ, excudebat Tobias Steinman, 1628.

Adhibenda Auctori nota damnati, & operis permiſſi cum expurgatione. — In Epiſt. Dedicatoria p. 1. linea 4. à fine, dele, *piæ memoriæ.* — Et pag. 3. lin. 2. à principio, dele, *Religione Hebræus.* — Ex indiculo Auctorum dele nomen, *Philippi Melanchthonis.* — Cap. 1. de partibus materialibus Reip. ſub titulo, *Mutuum vitæ auxilium*, pag. 54. n. 2. dele, *cum otio cælibatus ſegnes, & Dei immemores propè omnes evadant.* — Et pagin. 56. linea 4. à principio, dele, *Et cælibatum certis legibus interdixit.* — Et pag. 60. num. 2. ſub titulo, *Epikriſis*, dele, *At ubi terrarum cælibes, qui, & animo, & corpore ſint integri?* ſimul cum verſiculo ſequenti, *Rara avis*, &c. — Et pag. 61. n. 4. dele ſeptem lineas, uſque ad *Qui tantos excitant*, excluſ. — Et poſt alias quatuor lineas, & illa verba, *Ferre procaciſſimas*, dele uſque ad, num. 3. excluſivè. — Et pag. 63. §. *Qui coniugium ſervitutem eſſe dictitant*, dele quod ſequitur, uſque ad, *Auguſtinus ibidem*, excluſ. — Et pagin. 66. paulò ante medium, poſt illa verba, *prohibet ius Canonicum*, dele uſque ad, *Affinitas quæ*, excluſ. — Et pag. 67. cum titulo, *An ſacris initiati, &c.* dele ſequentia uſque ad titulum ſequentem, *An inter eos*, &c. — Sub titulo, *Quomodo contrahendum matrimonium* pag. 89. poſt ſex lineas ab initio, dele quæ ſequuntur uſque ad initium pagin. 91. & titulum, *Corollarium*, excluſ. — Cap. 2 *De partibus formalibus Reip.* ſub titulo, *Theologi*, pag. 230. linea penultima, dele, *& Pontificibus Romanis.* — Et pag. 247. ſub titulo, *An qui diverſæ religionis*, linea 5. dele, *Hominum innocentiſſimorum.* — Et inferius linea ultima, dele duas ſequentes, uſque ad tertiam pag. ſequentis, & num. III. excluſ. — Et poſt alias quinque, dele, *Pontificius apud Pontificios, Lutheranus apud Lutheranos.* — pag. 251. ſub titulo, *Kataphaſis*, dele ſequentia omnia, uſque ad titulum, *Epikriſis*, in pag. 253. — Et deinde in pagin. 254. dele, §. qui incipit, *Errores ſibi tantum*, uſque ad, *& inter errata leviora, &c.* excl. — Deinde p. 255. dele à titulo, *Confutatio rationum*, uſque ad titulum, *An religiones planè diverſæ, &c.* excluſivè, in pagin. 257. — Et pag. 258. lin. 3. ab initio, dele, *quæ magno conſilio noſtris è ſcholis, & Eccleſijs ſubmota fuit.*

Sub titulo, *Civium ordo*, in pagin. 272. poſt medium, in §. *Ex hac itaque*, poſt illa verba, *hoc efficitur*, dele, *Eccleſiæ miniſtrum, qui eſt ex infimis, & miſellum æditum.* — Et pag. 293. num. 6. dele, *quidquid valde ... le id ſit honeſtum.* — Et pag. 295. poſt medium, §. *Ex his facile*, poſt illa verba, *Fides ſervanda ſit*, dele ſex lineas, uſque ad, *Ferdinandus Rex*, excluſivè. — pagina 4.. numero 2. linea 5. à fine, poſt illa verba, *... ritus, quæ clerici*, dele octo lineas ſequentes uſque in finem, §. & numerum 3. — pagina 456. dele integrum, uſque ad initium paginæ 666. & §. *At legatos*, excluſivè. — pagina 494. poſt medium, ſub titulo, *Quarunt temporis electio, &c.* poſt illa verba *voluntate, & conſenſu fiat*, dele tres lineas uſque ad, *Tempus quo legati*, excluſivè. — pagina 534. linea 6. ab initio, poſt illa verba, *de ortu falſiſſimè*, dele quatuor lineas uſque ad, *& Livius lib.* 39. excluſ. — pag. 553. cap. 3. *De rerum publicarum ad ... tis*, delendus integer, §. qui incipit, *Hic loco quæritur*, uſque ad numerum 2. paginæ 575. ante medium, poſt illa verba, *in Compendio Hiſtoriarum*, dele 5. lineas, uſque ad titulum, *de ærario.* — pagina 585. ſub titulo, *prima diſtinctio*, in fine, §. poſt illa verba, *lib. 3. cap. 7. S. 31.* dele lineam, uſque ad num. 2. excluſ. — Et ſub num. 2. *diſtinctio*, dele integrum, §. uſque ad finem pag. — pagin. 586. dele à §. qui incipit, *interim tamen Eccleſiarum, &c.* uſque ad titulum *commeatus*, in pagin. 588. — pag. 591. paulò poſt medium, & poſt illa verba, *Aſpice 1. Samuelis* 13. dele 4. lineas, uſque ad, *... de deſcriptionem*, excluſivè. — Ex cap. 4. *De Rerum publicarum accidentibus.* — pagin. 616. pag. 7. à principio, poſt illa verba, *docentium, & diſcentium*, dele duas lineas, uſque ad, *templo locum*, excluſivè. — pag. 624. paulò poſt medium, dele, *nec in ædibus ſacris humanda.* — Ex capit. 5. de *Bello, & Pace.* — pag. 648. ſub titulo, *An ordo Eccleſiaſticus, &c.* poſt duas lineas, dele, *Aliud uſu receptum inter Pontificios, quod facti, non iuris.* — pag. 654. ſub titulo, *Quæritur an gentes Barbaras, &c.* lin. 4. à principio, poſt illa verba, *Ariſtoteles ... Politicorum, c. 1. & 4.* dele 5. lineas, uſque ad, *ad hanc vero quæſtionem*, excluſ. — pag. 661. ſub tit. *Pleonexia*, lin. ante penult. dele, *& Hiſpanorum.* — pag. 663. ante medium, ſub tit. *Ira, & Odium*, poſt illa verba, *... circunferunt Bonfinius*, dele ſex lineas, uſque ad num. 4. Ex c. 6. *De ſpeciebus rerum publicarum.* — pag. 851. ſub tit. *Regalia*, lin. 4. à fine, dele, *hæc enim cura Principibus, & omnibus Magiſtratibus incumbit.* — Et p. 85.. ante med. dele, *Epiſcoporum inveſtitura erat penes*

INDICI Librorum PROHIBITO E.V. =4.

*penes Reges*, *&* *Imperatores.* — Pag. 869. ante medium, ſub titulo, *Arcana generalia*, poſt titulum, *Livius decade* 1. *lib.* 1. dele ſex lineas, uſque ad num. 2. excluſ. — Pagin. 953. dele, num. 5. qui conſtat tribus lineis. — Cap. 7. *De cauſis*, *&* *remedijs mutationum*, &c. — Sub titulo, *Nimium incrementum*, pagin. 1024. ad medium, poſt illa verba, *Affert periculoſiſſimos*, dele 5. lineas uſque ad, *iam in Imperio noſtro*, excluſ. — Et ſub titulo, *Exilitas*, pag. 1027. ad medium poſt verba, *Sũt incommoda*, dele tres lineas, uſque ad, *denique hac eadem*, excluſ. — pag. 1030. ſub titulo, *Diſsimilitudo locorum*, ex §. qui incipit, *ſanè ad cauſam*, dele tres lineas, uſque ad, *cum enim pariat*, excluſ. — Sub titulo, *quid in oligarchiam*, pag. 1037. lin. 7. ab initio, poſt illa verba, *Demoiratia turbulenta*, dele duas lineas, uſque ad, *Ariſtoteles exemplo*, excluſ. — pag. 1089. ſub titulo, *Cauſæ ſpeciales*, dele integram paginam, uſque ad, *cauſa mutationum*, excluſ. in pagin. 1090.

VVOLPHANGVS Maler.

VVOLPHANGVS Manphraſius.

Theolog. Lutheran. Auguſt. confeſſ.

VVOLPHANGVS Mater.

VVOLPHANGVS Martius.

VVOLPHANGVS Mayerus.

Baſilienſis, & confirmator Dordrechtani Conciliabuli.

VVOLPHANGVS Meurerus.

Seu, *Meuterus*, Altenbergenſis, Medicus, Profeſſor Lipſienſis.

EIVS *Meteorologia Vvolfgangi Meureri*, *&c.* Lipſiæ, Impenſis Henningi Groſſij, Anno 1606. & 1592. 1587. permit.

In prima Operis inſcriptione poſt illud, *Mathemat. Profeſſore*, adde, *Auctor damnatus*, *Opus prohibitum*, *cum expurgatione verò permiſſum.* — Expungatur tota Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Si olim nullo*, *&c.* Deinde præcidatur tota vita Wolfgãgi Meureri, primũ deſcripta à M. Bartholomæo Walthero, &c. cui initium, *Naſcitur Wolfgangus Meurerus*, &c. — Et poſt Vitam, deleantur duo epitaphia, quorum primum incipit, *Wolfgangus Meurerus*, *Patria*, *&c.* Secundum verò, *Margareta Blasbalgia*, &c. — Quæſtione 1. in *Explicatione dilucida*, §. 5. *Duo complectitur*, pag. 24. ſub initium, poſt illud, *quæ facitis verbum eius*, dele uſque ad, *Habemus igitur iam*, excluſ. — Titulo, *De coloribus*, *ſivè Lucidis Meteoris*, in Explicatione, §. 12. *Rubor fit*, pag. 77. ante medium, poſt illud, *inundationem*, *&* *diluvium*, dele uſque ad, *Purpureum diluvij indicem*, excluſ. — Titulo, *De Parelio*, in Explicatione, §. 9. *Politica ſignificatio*, pag. 172. à medio, poſt illud, *Britanniæ Rectorem*, dele uſque ad, *Durerus aliquando*, excluſ. — Titulo, *De Cometis*, in Explicatione, §. 3. *Nunquam cœlo ſpectatum*, pag. 311. ſub initium, poſt illud, *eſſe tres novenarios*, dele uſque ad, 3. *Olympia*, *ortum*, excluſ.

IN INDICE AVCTORVM, QVI OPERI ſubijcitur, dele,

*Martinus Lutherus.* — *Philippus Melancthon.*

VVOLPHANGVS Meder.

VVOLPHANGVS Meuſel.

VVOLPHANGVS Muſculus.

Duſanus, German. Theolog. & Polilogus, Luthero-Zuinglianus.

EIVS Præfatio in *D. Ioanni Chryſoſtomi opera*, permittitur, appoſita Muſculo nota damnati Auctoris, & permiſsi operis. — Et ſimiliter *verſio* undecim librorum Hiſtoriarum Polibij.

VVOLPHANGVS Ocheſius.

VVOLPHANGVS Periſterus.

VVOLPHANGVS Platzius.

Seu Conradus Wolphangus Platzius, German. Luth. Auguſt. confeſſ.

VVOLPHANGVS Priſbachius.

Seu Priſbach Cracovienſis.

VVOLPHANGVS Rupertus.

VVOLPHANGVS Ruez.

VVOLPHANGVS Satler.

Seu, *Satlerus.* Profeſſor Baſilienſis, Medicus, & Aſtronomus, Lutheran.

EIVS *Diſputatio*, *de Privilegijs Medicorum.* Baſileæ, 1610. Permit. cum ſua nota.

Eiusdem *Diania Aſtrologica, quæ omniū prædictionum Aſtrologicarum veras cauſas inquirit*, &c. — Præterea defenditur *Ariſtoteles, de apparentia ſtellarum.* — Accedit *Exegeſis Aſtrologica*, *&c.* Montisbelgardi, typis Iacobi Foillet, 1605. cum expurgatione permiſſa.

In 1. lib. facie, adhibenda nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſsi.

Ex Epiſtola Dedicatoria, quæ incipit, *Tāta eſt humana*, *&c.* pag. 2. ad medium, poſt illa verba, *Conſuetudinemquè peccandi contraximus*, dele 2 lineas, uſque ad, *hinc iræ Dei*, excluſ. — Et pag. 12. lin. 4. dele, *Theologiæ ſacroſanctæ in Chriſto defuncti.* — Cap. 6. quod eſt, *de electionibus*, pag. 62. ad medium, linea 4. ab initio, poſt illa verba, *veræ religionis evincunt*, dele undecim lin. uſque ad *diverſum ſi amplecteremur*, excluſ. — Cap. 18. pag. 141. ante finem, poſt illa verba, *exprimere non verentur*, dele 2. lin. uſque ad, *verum harum*, excluſ.

### Vvolphangvs Scherius.

### Vvolphangvs Seberus, ſeu, *Seberius*, Sulanus.

Eivs *in Onomaſticum Iulÿ Pollucis.* Francof apud Claudium Marnium, 1608. Permit. cum nota Auctoris.

In Præfatiuncula Caſauboni appone illi notam damnati ſcriptoris. — Ad finem verò Pollucis, ubi incipiunt notæ Seberi, appone illi notam debitam.

### Vvolphangvs Vvaldnerus.

### Vvolphangvs Vviſemburgius.

Baſilienſis, ſeu *Wiſemburgerus*, Hiſtoricus, Lutheranus.

Eivs *prolixa Præfatio ad Carolum V.* in opera Dominici Marij Nigri Geographica. Baſileæ, apud Henricum Petri, permit.

Poſt appoſitam Auctori, & operi præſcriptam notam, pag. 5. Præfationis, lin. extrema, dele ſequentes 11. lin. uſque ad, *quoque manſiſſet*, excluſ. — Et in pag. 6. dele, *totum itaque hunc terræ globum Paradiſum fuiſſe vero-ſimillimum eſt.*

### Vvolphangvs Vveiſemburgius.

Vel, *Weiſſenburgius*, Mathematicus & Theologus, Miniſter Baſilienſis Scripta contra Papam, & de Cœna Domini, perpetuo prohibita.

Eivs *Deſcriptio Terræ ſanctæ*, excuſa Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, anno 1536.

In ipſa libri inſcriptione, poſt nomen, *Wolfangi Weiſſenburgÿ*, adde, *Auctoris damnati, opus cum expurgatione permiſſum.*

In Epiſtola Dedicatoria operi præfixa. — Initio Epiſtolæ, poſt illud, *En habes tandem*, dele uſque ad, *Præceptor*, excluſ. — Et poſt vocem, *præceptor*, dele uſque ad, *Tela hanc*, excluſ. — Pag. 1. eiuſdem Epiſtolæ à medio, poſt illud, *per omnem ætatem verſatus*, dele uſque ad, *ſequitur.* — Et poſt, *ſequitur*, dele uſque ad, *ſed ad Scripturæ.* — Et ibidem, verſus finem, ibi, *nō omnino fraudandum utilitate*, dele uſque ad, *Hac prima cauſa*, excluſ. — Pag. 3. eiuſdem Epiſtolæ, circa finem, poſt illud, *etſi indoctius*, dele uſque ad, *tamen dicta accipias*, excluſ.

INDICI Librorum PROHIBITO E. V. =4.